



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

2. Quòd duas Ecclesias nullus Prælatus regat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

## Quod duas Ecclesias nullus Prelatus regat.

## C A P V T I I .

- 1 Papa solus potest vni duos Episcopatus con-  
ferre.  
2 Episcopatus duos vniire potest solus Papa,
- 3 Episcopatus unus quando alteri vnitur quomodo  
functiones facienda,  
4 Cardinales comprehenduntur hoc decreto.

a Sub Innoc.  
3. 2 Lateran.  
cap. 29. alij  
quinq[ue] ad-  
huc dispen-  
sabantur.

**N**emo quacumque etiam dignitate, gradu, aut praeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu cathedrales Ecclesias, in titulum, sive commendam, aut alio quoquis nomine, <sup>a</sup> contra sa-  
crorum canonum instituta, recipere, & simul retinere præsumat: cum valde felix sit ille cen-  
sensus, a cui vnam Ecclesiam bene, ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere con-  
tigerit. Qui autem plures Ecclesias contra presentis decreti tenorem nunc detinent, vna, quam malne-  
rint, retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolice dispositionem pertineant, alias in-  
tra annum dimittere teneantur: alioquin Ecclesia ipse, vtim obtenta duntaxat excepta, eo ipso vaca-  
re censeantur.

- V**ide Azor. inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. à princ. Less. de  
iuscit. lib. 2. c. 34. num. 138.
1. Solum Papam posse vni duos Episcopatus conferre,  
per cap. relato 21. queſt. 1. & cap. ii cui 42. de elect. lib. 6. refo-  
luit Flamin. Parisi. de confid. q. 18. num. 5. Abb. queſt. 1.  
colum. 3. num. 6. Card. Tusc. tom. 6. l. litt. P. concil. 49. num. 18.  
& dispensare quod quis obtinet duas Ecclesias Episco-  
pales, Abb. conf. 101. Videatur primò, num. 6. lib. 2. Cardin.  
Tusc. d. litt. P. concil. 69. num. 16.
2. Et solum posse duos Episcopatus vniire probant cap.  
temporis, cum seq. 16. queſt. 1. cap. sicut vniire, de excess. Prelat.  
& refoluunt Duaren. de benefic. lib. 5. cap. 6. Rebulf. in praxi  
benefic. titul. de unionib. a. num. 22. Cened. ad Decretal. collect.  
87. num. 1. Nicol. Garc. de benefic. part. 12. c. 2. nu. 60 cum seqg.  
Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 30. trax. 3. num. 299.
3. Quando unus Episcopatus alteri vnitur, Episcopus in  
aliqua parte alterius residens sua obligationi circa  
residentiam causat, dum tamen in aliqua ex suis Ca-  
thedralibus residet temporibus a Concilio prescriptus de-  
creto cap. 1. vers. eisdem inserim admonet, sff. 23. Synodus  
indicenda, & celebranda est singulis annis in quoilibet  
Episcopatu, sed ad illam in altero ex dictis Episco-  
patus vniuit, celebrandam nequaquam tenetur  
accedere clerus alterius Episcopatus. Et cleris vnius  
Episcopatus non solum tenetur faciun oleum acci-  
pere ab Episcopo illud in alio Episcopatu confiden-  
te, verum etiam cogi potest eidem Episcopo in huius-  
modi ministerio assister ad facrorum canonum pta-

scriptum; & si clericus vnius Episcopatus monitus ad  
recipendum oleum sanctum in alio confectum, in spretum  
sui proprii Episcopi accipiens illud ab alieno, potest  
vitra peccatum mortale puniri ab Episcopo. Episcopus  
in uno ex dictis Episcopatu existens potest per se ip-  
sum cognoscere causam alterius ciuitatis, vel diocesis,  
adhibito Notario sibi bene viso tam in processibus con-  
ficiendis, quam in actis visitationis, conscribendis; sed  
tamen debet eam habere rationem, vt id non passim,  
sed raro, & aqua ex causa fiat, & in arduis tantum &  
gravioribus negotiis, ne constitutio vnionis eludatur.  
Semper Episcopus existens in uno ex dictis Episcopatu  
in scriptis inscribendus, & appellandus est Episcopus illius in  
primo loco, & deinde alterius a quo absit; quod si extra  
diocesim residenz in negotijs ad vnum pertinentibus,  
est illius in primo loco Episcopus denominandus. Ita  
Aldan. in compendio Canonistarum resolut. lib. 2. tit. 2. nn. 3. vbi  
refert ita fuisse dictum in causa Castellana. & Horiana 8.  
Junij 1624.

Cardinales comprehenduntur in hoc decreto, cum  
simus in lege correctoria, & materia peccati, maximus  
enim abusus sit, vt qui vix fructuose vnam Ecclesiam  
regere potest, alteram accipere audeat, praesertim cum  
vniuersique in Ecclesia sua residere teneatur, cap. 1. sff.  
23 de reformat. Ita Aldan. d. lib. 2. tit. 3. num. 2. vbi refert  
ita refolutum.

*a. Cui vnam Ecclesiam bene, &c. ] Vide Nauarr. de orat.  
cap. 22. num. 22.*

## Quod beneficia Ecclesiastica dignis, &amp; residentibus conferantur.

## C A P V T III .

- 1 Inhabiles ad beneficia consequenda qui.  
2 Curati cogendi sunt ad subeundum per se ipsos, &  
non per substitutos ea munera ad quae tenentur.
- a Part. 1. c. 13.  
c. quia non  
multi, de  
cler. non reli.  
b Cap. licet  
Canon. de  
elect. in 6.  
decre. c. 14. c.  
grave nimis  
de proband.  
\* Vide post  
fin. huus li-  
bri.

**I**nferiora beneficia Ecclesiastica, praesertim curam animarum habentia, personis dignis, & habili-  
bus, & quae in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valent, iuxta constitutionem  
Alexandri tertij, in Lateranensi, <sup>c</sup> quae incipit, \* Quia nonnulli, & aliam Gregorij X, in generali  
Lugdunensi Concilio, <sup>d</sup> quae incipit, <sup>b</sup> Licet canon, editam, conferantur; & aliter autem, facta collatio,  
sive prouisio, <sup>c</sup> omnino irritetur, & ordinarius collator penas constitutionis Concilij generalis, <sup>d</sup> quae in-  
cipit, \* Graue nimis, se nouerit incursum.

**D**E his, qui inhabiles de iure sunt ad beneficia con-  
sequenda, agit nouissime Squillante de priuileg. cle-  
ric. c. 4. per totum, & late ego ipse de iure Ecclesiastico, lib. 3. c.  
13. vbi de haereticis, eorumque fautoribus, receptatori-

bus, & defensoribus, excommunicatis, suspensis, interdi-  
cis personaliter irregularibus, bigamis, aleatoribus pu-  
blicis, simoniacis in beneficio aliquando post priuatio-  
nem, clericis male usurpanibus bona quecumque, vel iura  
Eccle-